

Documentum

Michael AUSSE Opusculum compendiosum*)

Vorbemerkung:

Ausses Werk wurde bisher noch nie, auch nicht auszugsweise, gedruckt. Auch wenn sein Werk teilweise dem Text der Norbertus-Vita B entspricht, scheint eine selbständige Edition — unabhängig von der im Rahmen der MGH beabsichtigten Edition dieser Vita B — gerechtfertigt:

- Es handelt sich nicht um eine Abschrift, auch nicht um eine freie Bearbeitung der Vita B, sondern um ein eigenständiges, aus verschiedenen Quellen kompiliertes Werk.
- Die nur teilweise Übereinstimmung mit der Vita B in vielen Kapiteln, die Kürzungen, Erweiterungen und Umstellungen in Ausses Text gegenüber der Vita B, zeigen, daß Ausse andere Vorlagen als die Vita B benutzt hat, Texte, die mit den beiden Viten A und B in ihrer herkömmlichen Überlieferung zwar verwandt sind und möglicherweise auf eine gemeinsame, heute nicht mehr erhaltene Quelle zurückgehen. Ausses Text ist daher ein wichtiger Baustein in der komplexen Frage der Überlieferung der Norbertus-Viten selbst.
- Ausse zieht darüberhinaus andere, von den beiden bekannten Viten unabhängige Quellen heran, die z.T. heute ebenfalls nicht mehr erhalten sind, und ermöglicht einen Einblick in die mittelalterliche Überlieferung dieser Vorlagen, deren Inhalt teilweise in späteren Drucken überliefert ist.

Zur Edition:

Der Charakter der Vorlage sollte möglichst erhalten bleiben. Daher wird der Text nicht in normalisierter Form, sondern genau nach der Handschrift abgedruckt. Es wurden auch offensichtliche Fehler, Ver-

*) Siehe W. NEUHAUSER, *Das «Opusculum compendiosum» des Wiltener Chorherren Michael Ausse, eine bisher nicht beachtete Darstellung der Gründungsgeschichte des Prämonstratenserordens*, in *Analecta Praemonstratensia*, LXVI, 1990, S. 220-231 und LXVII, 1991, S. 53-104.

schreibungen und Verstöße gegen die Grammatik übernommen; fallweise wird durch ein in Klammern gesetztes «recte» auf solche Fehler hingewiesen. Die im 15. Jahrhundert übliche Schreibung von e für ae wurde beibehalten, ebenso die Schreibung von ci vor Vokal anstelle von ti. Lediglich u zwischen Vokalen wird dem Lautwert entsprechend als v wiedergegeben. Abkürzungen werden grundsätzlich aufgelöst und zwar in Angleichung an Ausses Orthographie. Die Satzzeichengebung Ausses wurde sinngemäß übernommen: Ein Paragraphenzeichen entspricht einem Absatz, Beginn mit Großschreibung und einem roten Auszeichnungsstrich (meist ohne vorangehenden Punkt) bedeutet Satzbeginn und wird durch Punkt angezeichnet, Punkt (meist über der Zeile) wird von Ausse zur Untergliederung von Sätzen verwendet und wird hier durch Beistrich wiedergegeben. Um eine künftige Quellenanalyse und vor allem den Vergleich mit der Vita B zu erleichtern, werden die der Edition der Vita B (PL 170, 1255-1344) entsprechenden Abschnitte (Kapitel, aber auch kürzere Textpartien, Sätze oder Teile von Sätzen) durch kursiv gedruckt. Bei Zitaten aus anderen Vorlagen (Vita Godefridi, Zitate aus der Augustinus-Regel, Texte von Bullen) wird die Quelle mit Hinweis auf die Edition vorangestellt.

Da Ausses Text keine Kapiteleinteilung u.dgl. aufweist, wurde zur leichteren Auffindbarkeit eine Unterteilung in einzelne Abschnitte vorgenommen, gekennzeichnet durch fett gedruckte arabische Zahlen in Klammern. Die entsprechenden Kapitel der Vita B werden in der Zählung der Edition (PL 170) in römischen Ziffern angeführt. Spaltenende wird durch // gekennzeichnet, danach wird die entsprechende Spalte auf Grund der Follierung in der Handschrift angegeben.

Franz-Fischer-Straße 5
A-6020 Innsbruck

Walter NEUHAUSER

Inhaltsübersicht

(Die in Klammern gesetzte Jahreszahl bezieht sich auf die Jahresangabe bei Ausse)

Nr.	fol.	Vita B	Jahr	Inhalt
(1)	72ra	—	—	Titel, zugleich Vorrede
(2)	72ra	I	1115	Herkunft, Charakterisierung
(3)	72ra-b	I		N. als Subdiakon, Predigerlaubnis durch Papst Paschalis (Paschasius)

(4)	72rb	VIII	1118	Synode von Fritzlar
(5)	72rb	III		Priesterweihe, N. als Kanoniker
(6)	72va	X	1118 (1117)	N. bei Papst Gelasius in St. Gilles
(7)	72va	XI		Predigterlaubnis durch Papst Gelasius
(8)	72va	XIII	1119 (1118)	N. bei Bischof Burkhard von Cambrai in Valenciennes; Hugo stößt zu N.
(9)	72vb	XVIII	1119 (1118)	N. bei Papst Calixtus am Konzil von Reims, Bestätigung der Predigterlaubnis
(10)	72vb-73ra	XIX		N. bei Bischof Bartholomaeus von Laon; im St.-Martins-Kloster; auf der Suche nach einem anderen Platz
(11)	73rb	—	—	neuer Titel
(12)	73rb	—	—	Einleitung zum folgenden Abschnitt
(13)	73rb-vb	—	—	Erscheinung und Prophezeiung Mariens, N.'s Antwort
(14)	73vb-74ra	XIX		N. wählt Prémontré für seine Gründung
(15)	74ra	—		Überleitungssatz zum Text der Vita B, Hinweis auf die Ordensgründung
(16)	74ra-b	XX	1120 (1119)	Evermod und Antonius stoßen zu N.
(17)	74va	XXIII	1121	N. in Köln, Erwerbung von Reliquien
(18)	74vb	XXIII		N. in Floreffe; Ermensindis
(19)	74vb-75ra	XXIV	1121	N. in Prémontré; Vorbereitung der Profeß
(20)	75ra-b	XXIV	1121	Übernahme der Augustinus-Regel; Ablegung der Gelübde Weihnachten 1121
(21)	75rb-va	—		Erscheinung des hl. Augustinus; Übereichung der Regel an N.
(22)	75va-b	XXIV	—	Erläuterung der Regel
(23)	76ra-va	XXIV	—	Einzelheiten der Regel
(24)	76va	—	—	Erläuterung der Kleidungsvorschriften
(25)	76vb-77ra	XXV	—	Erläuterung der drei Hauptpunkte munditia, emendatio, hospitalitas
(26)	77ra	VI	—	Abschließende Charakterisierung N.'s
(27)	77ra	—	—	Überleitungssatz zum nächsten Abschnitt
(28)	77ra-b	XXVI		Suche nach einem Platz für die Kirche in Prémontré
(29)	77rb-va	XXVII		Erscheinung Christi am künftigen Platz der Kirche
(30)	77va-b	XXVIII		Bau und Weihe der Kirche
(31)	77vb-78ra	XXVIII		Mißgeschick beim Kirchenbau
(32)	78ra	XXVIII	—	Hinweis auf die Chronica maior (in der Vita B Hinweis auf die bei Ausse fehlenden cap. 29-31 dieser Vita)
(33)	78ra-b	XXXIV		Überleitung zur Romreise von 1125/26
(34)	78rb-va	XXXII		Gottfried von Kappenberg
(35)	78va-b	XXXIII		Theobald
(36)	78vb-79ra	—		Weiterführung der Theobald-Episode, von der Vita B abweichend
(37)	79ra-b	XXXIV	1125/6 (1120)	Aufenthalt in Regensburg; Romreise (vgl. Nr. 33)
(38)	79rb-80ra	—	1126	Bestätigung des Ordens; Text der Bullen

(39) 80ra	—	1126	N. erinnert sich an Mariens Prophezeiung
(40) 80ra-b	XXXIV	1126	Prophezeiung, daß N. Erzbischof von Magdeburg werden soll; Rückkehr aus Rom; Aufenthalt in Würzburg; Gründung von Oberzell; Heilung einer Blinden
(41) 80va	—	1126 (1120)	Rückkehr nach Prémontré; Ausblick auf N.'s Ordensgründung; Schlußsatz

(72ra) (1) Incipit opusculum compendiosum et probabile de exordio plantacione loco nomine, habitu, regula, postulacione, intyulacione et confirmacione ordinis premonstratensis, per fratrem michaellem ausse prespiterum hallis valle ex eni oriundum Canonicum et professum monasterii wiltinensis Brixinensis dyocesis, tunc temporis in exilio existentem Ex omnibus diversis eiusdem ordinis (am Rand hinzugefügt: libris privilegiisque collectum una cum ipsius ordinis) sancto auctore qualis vel quantus idem suo in ingressu progressu et egressu fuerit.

(2) (c.I) *Fuit igitur in diebus sancti pascasii summi pontificis sedis Apostolice, regimen amministrante, necnon hainrici iunioris Augusti, Anno ab incarnatione millesimo centesimo decimo quinto, Vir quidam nomine Norpertus dyocesis coloniensis ex opido (!) dicto danto, nacione Theutonicus monicipio (!) de sanctis quod antiquitus dicebatur Troya, genere de illustri prosapia francorum et Germanorum ortus, opibus adauctus, forma decorus, statura gracilis ac paululum longus, etate adultus, sciencia eruditus, eloquio proprio, necnon divino excultus, officio clericus, vite (!) et moribus pro etate et seculari consuetudine admodum levis. Cuius pater herbertus, mater vero hadewig.* (3) Qui quidem Norpertus sub temporibus predictorum venerabilium in Acollitum et Subdyaconum, habitu adhuc in seculari existens ordinatus est a friderico coloniense (!) archiepiscopo in cuius curia per multa antea sicut et postea tempora fuerat, *deinde* similiter in aula imperatoris prefati. Sic quidem idem Norpertus tandem ab eodem summo // (72rb) pontifice Paschasio necnon a predicto archiepiscopo Fridrico fuit libere licenciatus per totam dyocesim coloniensem, nec non in dyocesibus, suorum subcoepiscoporum, licet eo Norperto gradu in Subdyaconatu adhuc existente prefato rigare plantare et seminare verbum dei non aliquibus sibi in contrarium quovismodo existentibus. (4) (c.VIII) Novissime super quo *coram domino Conone sedis Apostolice*, nec non romane curie legato a quam pluribus archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prelatibus et quam multis aliis pluribus in eodem Concilio congregatis fuisset accusatus

sicut quoddam concilium per prefatum legatum fiebat in *Theuthonicis* regionibus (Ed.: partibus) *apud oppidum quod dicitur Fritzlar* videlicet quomodo ipse Norpertus *predicacionis officium* sibi *usurpasset* eosque in *ipsis predicacionibus verbis et conviciis* tam acriter *insequeretur* cum tamen *a nullo ipsorum mitteretur nec eorum princeps esset constitutus*. Demum *invictus adiuvente se gracia divina* que dat verbum ewangelisantibus virtute multa *recessit ab eis quia non erat conveniens testimonium eorum adversus eum*.

(5) Insuper non post multum temporis intervallo divinitus a prefato episcopo Friderico in civitate coloniensi in dyaconum et prespiterum licet antea pluries recusaverit simul et semel uno die et hora sui ad voluntatem eo episcopo invito ordinatus est. Qui non ut quidam emulatorie asserunt et volunt eum in cystericiensium ordinem intrasse essencialiter in Novicium sed post eius ordinationem dilacione omni postposita prout eius ac ordinis autentica maior Coronica, codicesque alii lucidius narrant sub regula et professione sancti Augustini, Canonicius secularis factus est.

(6) (c.X) Deinde post aliquorum temporum curricula // (72va) videlicet incarnationis dominice anno millesimo centesimo decimo septimo sicuti ad sanctum egidium idem Norpertus peregrinari voluit ut fecit *ibique gracia dei ordinante* invenit sanctum *Gelasium papam* secundum qui paschasium (Ed.: Paschalem) *prefatum iam successit*. Nam et antea per plura tempora suus Gelasius cancellarius extiterat. *Confessus est specialiter* homo Norpertus secundum ut se divina gesta habuissent *quod duos simul supremos ordines contra canonum instituta suscepisset* super quo veniam a prefato pontifice Gelasio postulando impetravit.

(7) (c.XI) *Papa vero Gelasius videns eius providenciam, et spiritum dei habitantem in eo* et ipsius nec non in verbo dei *constanciam et devocionem animi bonam nec non persecucionem quam pro verbo veritatis pertulerat audita et cognita*. Gelasius summus pontifex predictus veritate dedit ei Norperto *licenciam et liberam facultatem predicandi verbum dei non solum ubi prius predicaverat verum eciam ubique terrarum ubi vellet et posset*. Et hoc ipsum, ut ratum esset et stabile auctoritatis sue litteris ac sigillo firmavit.

(8) (c.XIII) Deinde circa domini annum millesimum centesimum decimum octavum mense Iunio cum prefatus Norbertus *apud castrum valencianas* penes Burkardum Cameracensis ecclesie episcopum esset, *accessit* ad eum magnus quidam clericus *dominus hugo* supramemorati Archiepiscopi vicarius qui se relictis omnibus in exemplum ipsius

salvatoris indissolubili vinculo fraternitatis qua maior esse non poterat se sibi ad plenum suppeditavit. *Qui et hugo postmodum proximus post eum Norbertum locum successit in regimen Premonstrate ecclesie.*

(9) (c.XVIII) *Eodem // (72vb) denique anno videlicet millesimo (!) centesimo decimo octavo contigit beate memorie Gelasium papam predictum a quo predicandi auctoritatem Norpertus vir dei acceperat migrasse ex hoc ergastulo (Ed.: a saeculo) cui successit sanctus Calixtus papa secundus vigenensis episcopus. Qui quidem sicuti remis Concilium celebraverat ibique in summum pontificem electus fuerat bonus dei homo Norpertus ut audivit Apostolice sedis dignitatem esse innovatam autumpno tempore cum prefato comite suo hugone in eodem concilio predictum summum pontificem suis cum litteris sede apostolica prius ab eo sibi impetratis deificeque datis adiit. Et litteras quas auctoritate apostolica a sancto papa Gelasio acceperat sicut iam superius dictum est easdem iterum renovari litteras per (!) Calixti (!) suas postulavit.*

(10) (c.XIX) *Quibus acceptis dominus papa venerabili Bartholomeo laudunensi episcopo precepit ut curam ipsius eius hugone cum comite quo usque suum adventum susciperet. Quo deductu (!) et finito concilio, kalixtus papa antefatus non post multum tempus devenit.*

Initoque episcopus cum papa concilio quomodo eum Norpertum suo hugone cum comite retinere posset. Tandem contulit ei tamquam patri ecclesiam beati martini que in lauduno suburbio sita est in colle in qua pauci fratres erant sub regula canonica professi degentes qui pater Norbertus fronte in prima omnimodis rennuvit (!).

Tandem cum cogeretur nam adhuc Secularis canonicus erat Et ideo ne summi pontificis offensam et inobedienciam notam incurreret Norbertus quod a predictis petebatur, suo hugone cum comite qui novicius ordine in eodem factus est annuit. Si tamen fratres canonici in eadem ecclesia sancti // (73ra) martini commorantes mores suos quos secundum ewangelicam et apostolicam institutionem eos doceret observare non recusarent. Sed cum a dictis Canonicis inquisitus ostenderet eis modum ewangelice institutionis quomodo imitatores Christi contemptores mundi esse deberent quomodo voluntate voluntaria pauperes; quomodo ad obprobria ad contumelias ad irrisiones ad famem ad detractiones et sitim et nuditatem et frigora et cetera huius modi patientes. Illi statim canonici et insensati ad verbum illius et Norperti aspectu perterriti dixerunt Nolumus hunc regnare super nos quia talem magistrum nostra non novit nec predecessorum nostrorum consuetudo liceat nos sic vivere, castigare quidem deus vult sed non mortificare. Sic homo beatus et obedivit pontificibus, et ab

obediencia Canonicorum postea *absolutus ab ipsa* videlicet in toto Augustini regula, *non tamen recessit* ut sed antea Canonicus secularis post permansit. *Mansit itaque ibidem* in martini ecclesia sancti eo Norperto recedente *socius adhuc suus hugo de quo superius mencio facta est.*

Interea episcopus Bartholomeus laudunensis predictus *attenuata et dissoluta ieiunio et frigore hospitis sui* videlicet beati Norperti *membra nitebatur reficere sed ipse episcopus cottidie ab hospite suo reficiebatur ex ipsius melliflua verbi dei refectione.*

Ob hanc causam amore nimio et caritatis igne in eo accensus, assidue hortabatur eum precibus quibuscumque poterat, hominibus aliis quam pluribus adiunctis; quatenus in episcopatu suo vellet remanere cottidie circumducens eum et ostendens, si qua sit ecclesia que ei placeat, si que Solitudines, si queve deserta, si qua // (73rb) *terra culta vel inculta, vel locus qualiscumque ad edificandum vel et commanendum sibi Norpertus libere usurparet.*

(11) Ordo sanctus premonstratensis suo cum loco plantacione habitu regula postulacione intytulacione confirmacione et nomine, hic sic nunc exordium sumit.

(12) Tandem cum huic placuit qui eum sue Norpertum matris ex utero segregavit sine quo, vel quo pretermisso, nullum rite fundatur exordium Et precipue ei cui se totum die noctuque divinis in laudibus servilem exhibebat. Nec mirum, quod talis sanctus ordo talis regula sancta talis habitus sanctus talis postulacio talis locus sanctus talis intytulacio talisque confirmacio talis necnon plantacio, suo per omnia cum nomine, non inveniri poterat nec incrementum recipi, nisi eius instructione et premonstracione que sibi eundem ordinem sanctum, sanctam plantacionem locumque sanctum appendiciis cum suis suoque nomine propria scribere et pro se ipsa habere vellet hec singula hec et omnia disponderet ordinaret regeret et personaliter premonstraret.

(13) Hinc est quod ipsa virgo gloriosa virgo maria veluti institutrix et auctrix eius ordini (!) plantacionis regule loci et ipsius nominis una cum aliis die quodam ut ipse vir dei Norpertus eiusque devotus capellanus die eodem ut sibi adhuc solus exquireret locum in solitario et valde loco deserto prout postea eadem virgo gloriosa prout iam supra per omnia toto in habitu candido sibi Norperto hylariter apparuit seque ipsam luculento ei sermone intimavit dicens Ego sum mater misericordie materque gracie quam vides. Transi igitur et accelera propius ad me nam tu me concupiscis et a me // (73va) *tuis in desideriis per me in te*

diu antea videlicet infancia dispositis hodie plenarie adimplebis. Ob hanc causam respice in me, quia tali serie, ritu dispositione et forma prout tibi sum iam ostensa hic et in isto loco nullo modoque alio quem olim ab antea mei ad visionem (!) premonstratum promisi appellari huius rei in memoriam ut tu ab incolis terre, nec non et post similiter per visionem unius tuorum confratrum multam ammirabilem et hoc tibi in signum post modum publice reperies tu fili Norperte meum michi hesitatione omni postposita hylariter suscipias placentem ordinem in quo michi una cum altissimo bene complacui. Qua propter tibi secretarium meum dilectum Augustinum yponensis ecclesie episcopum in die natalis domini mittam similiter tibi in signum ad ostendendum quid te tuis cum sequacibus mei ordinisque mei, et hoc non in communi sua solum generaliter regula sed aliquantulum in nova et propria litteris in aureis conscripta mei ex parte, pro te tuisque per eum edita in memoriam oporteat facere. Quem similiter in eum ordinem tu tuis cum fratribus tibi similiter in signum meo a capellano in Romana curia videlicet ab honorio secundo summo pontifice nec non sub lothario cesare secundo et semper Augusto intytulatorie et confirmatorie tam pro loco quam pro ordine tam pro plantacione et nomine regulaque sancta omnibus suis cum appendiciis postulabis et petes. Similiter hocque tibi in signum quod dispositione divina meaque non sed tua voluntate Perthenopolis non mutato ordine tuo in Archiepiscopum futurum eligeris ibique ecclesiam nomine meo dedicatam Canonicos quosdam regulares sed cum difficultate eradicabis, fratresque tui ordinis et mei ibidem // (73vb) deo ad serviendum summo locabis perpetue. Quo et ibidem tu maximo cum labore tandem precibus a cesare obtentis hoc et a tuis fratribus ad expectandum diem novissimum mense in Iunio cumulaberis.

Cui beatus vir dei Norpertus respondit ad implere paratus sum, nam ab infancia concupivi et non sum turbatus custodire perficereque sedule mandata tua. Eciam quia ea ideo dilexi mandata tua super aurum et omnem lapidem preciosum. Sic hiis dictis ipsa virgo beata ab oculis eius evanuit. Unde et ex eo quod sibi beata gloriosa virgo maria locum ubi caput ordinis esse deberet, nec non ipsum ordinem suo cum habitu plantacione regula et ipsius ordinis postulacione intytulacione confirmatione ac eius ordinis nomine hec omnia hec veluti auctrix premonstravit. Ideo post hoc sanctus ordo premonstratensis Canonialis in Archivis romane curie sic intytulatus, appellatus et confirmatus est prout postea suo in loco invenies. Nam ipsius sancti ordinis fratres in curia

romana nec non in ipsorum regula Libertatibus privilegiis et constitutionibus licet aliquantulum supra regulam sancti Augustini districtius sit institutus Canonici adhuc describuntur et appellantur.

Postquam visionem et ostensionem virginis gloriose bene omnia tacite conferens in corde suo predictum Bartholomeum laudunensis ecclesie episcopum reaccessit. (14) *Tandem multis Bartholomei ipsius episcopi, et multorum tam religiosorum quam aliorum nobilium precibus victus elegit* dei homo Norpertus ipsis presentibus tamquam a casu eligeret *locum valde desertum et solitarium* quamvis idem locus a virgine gloriosa sibi antea premonstratus fuit, id non ad presens sed postea non solum ipsis antedictis sed summo pontifici suisque cardinalibus, aliisque cunctis Christi fi-// (74ra) delibus publice cum sollempnisacione ut dignum et iustum erat pandebat. Deinde ipse vir dei Norpertus eos erat investigans quali nomine hoc desertum, aut solitarium vel iste locus appellaretur ex quo in confinio fuit civitate laudunensi, in cuius diocesi locus similiter erat. Ipsi penitus ignorantibus explorabant *ab incolis* eiusdem loci cuius nominis esset *qui* responderent quod *antiquitus premonstratum vocabatur*. Quibus auditis beatus Norpertus recordatus verborum est indiciorum ipsius virginis gloriose antea per eam sibi premissorum. Eciam eodem in loco ipse beatus vir ipsi domino episcopo necnon aliis nobilibus ibi consistentibus ut *si quando daret ei deus colligere socios se* in ibidem deserto *mansurum spondit* (!).

(15) Post hoc omnia predicta secundum ut sibi locus et ordo una cum aliis videlicet plantacione habitu postulacione regula intytulacione confirmacione et nomine premonstratus fuerat a virgine gloriosa prout supra sanctus vir dei Norpertus sua sposponsione (!) et incepcione volens satisfacere sepius statim in se revolvens ut quomodo ad diversa climata regionum ad colligendum sibi socios et fratres exiret secum humiliter socii portantes crucem Christi necnon iugum humile et onus leve suaveque. (Hs.: suaque, darübergeschrieben: ve, also suaveque). Ita ut ea ad effectum laudabilem et salubrem deduceret, attendens illud scriptum *Lauda in vita magnifica post consummacionem*.

(16) (c.XX) *Transacta igitur hyeme niveumque* (!) (recte: niviumque) *et glaciei frigore vernali calore deterso* circa annum domini millesimum centesimum decimum nonum *vir dei* Norpertus *ut erat solitus virtute divini solacii Kameracum veniens factoque sermone ad populum cecidit semen* ibidem *in bonam terram in iuvenem* quemdam Evermodum nomine *qui tanto rore spiritus sancti perfusus extitit verbi dei suscepcone quod amoris eius gracia stans oraret ad dominum deum suum in eodem loco et*

in eisdem pa-// (74rb) ssibus ubi dei hominem Norpertum stare diligenter consideraverat in iam faciendo suo sermone. Quid igitur puer Evermodus spiritu sancto edoctus in verbo nisi idem verbum quod caro factum (gestrichen: esset) est, credidit qui ubi steterunt pedes eius adoravit. Nec moras intulit sed statim relictis omnibus secutus est eum Norpertum virum dei. Qui in tanto Evermodus intimi amoris vinculo ei alligatus Norperto est, ut omni tempore vite sue spiritus viri dei in eo requiem caperet. Et post discessum suum sue locum sepulture ei commendaret dans hoc preceptum ut numquam nisi reversurus ab eo recederet. Qui Evermodus post in secunda ordinis sancti ecclesia videlicet sancti Martini in lauduno primus prior sui ordinis iam dicti ac prior ordinis generalis factus est.

Insuper perveniens autem vir dei Norpertus in Nivigellam iuvenem alium Anthonium nomine a deo sibi divinitus datum recepit. Quem postea in tertia ordinis sancti ecclesia videlicet beate Marie in Floreff leodiensis dyocesis primum patrem ac Subpriorem ordinis generalem ibidem creavit. Hii duo et tercius videlicet hugo de Cameraco quem prius susceperat, quantum ad humanum spectat examen, radices et fundamentum fuere future multitudinis, que subsecuta est in Norma ritu ac dispositione beatum patrem predictum. Dei enim dispositione relinquatur, quod pre nimia altitudine sapiencie et sciencie ipsius occultum ab humanis oculis ignoratur.

In hoc ubi collegerit vel quomodo socios alios deus illi contulerit non est immorandum. Scitur tamen quod infra Quadragesiam illam eius anni iam dicti tot socios habuit, quod in septimana passionis domini ante pascha cum tredecim reversus prenominationum locum videlicet premonstratum deifice primo possedit.

(17) (74va) Dehinc inter quam plura diversa miracula et signa per sanctum virum dei Norpertum ut se post festum Almi pneumatis anni premissi suo in exitu a premonstratu transtulit versus partes almanie, in quam pluribus Oppidis civitatibus et villis mirabiliter per eum facta. (c.XXIII) *Supervenit post hoc Coloniam ad Archiepiscopum Fridericum suprafatum ob hanc causam, nam et ipse iam Norpertus tunc habebat in voluntate edificare ecclesiam in qua coadunatos sibi fratres reciperet. Ideo petivit cum instantia qua potuit a iam dicto archiepiscopo Coloniense (!) friderico et a ceteris fidelibus ut aliqua sanctarum reliquiarum mereretur patrocinia ab eis recipere. E quibus non minimum ab antiquo repleta et dotata erat felix Colonia. Quibus petitionibus condignis annuit Archiepiscopus clerus cunctus et populus. Sic ibidem suis cum fratribus vir*

dei Norpertus in nimiis vigiliis ieiuniis psalmodiis *et laudibus dei ex numero undecim milium virginum* integram unam virginem necnon plures gloriosas innumerabiles reliquias earundem virginum huius et ob invencionis memoriam ipsarum colitur suffragium sancto in universo ordine *et aliorum quorundam martirum videlicet Gereonis Maurorum duorum Ewaldorum* divinitus reperit. His repertis et graciaram actione deo omnibus premissisque aliis exhibitis inter alia quam plura per eum ibidem facta famulus dei Norpertus *duo vascula ad efferendum reliquias sanctorum predictas necnon aliorum innumerabilium quam plurimorum in modum feretri* facere precepit. *Assumptis igitur reliquiis non post multum tempore (!) collectoque fratrum tam clericorum quam laicorum collegio quos deus per verbum predicacionis ei genuerat iter ad rediendi partes agressus est. Qui ubique in ecclesiis et congregacio-* // (74vb) *nibus cum processione magnifice suscipiebatur.*

(18) Interea *quedam nobilis matrona nomine Ermensendis comitissa Namucensis (!) velociter ei obviam occurrit obnix eum dei virum deprecans ut ad imponendos fratres et religionem, quandam ecclesiam suam in villa Florefe supra memoratam leodiensis dyocesis vellet suscipere. Videns vir dei Norpertus affectuosam mulieris devocionem respexit eam, et suscepit quod petebat. Et ibidem altero reliquiarum vasculo prout claret hodie derelictam (!) sed postmodum per eum cum fratre Anthonio prefato in Collegiatam ecclesiam plantatam ut supra festinavit altero cum vasculo premonstratum. Erat enim instans nativitatis dies habens clericorum et laycorum fratres circiter triginta novicios.*

Videndum nunc hic quomodo ipse vir dei ut miles strenuus suam ad professionem se una cum suis instituere vellet.

(19) (c.XXIV) *Congregatis igitur ferme quadraginta et quam plurimis clericis et laycis assidua consolacione vespere et mane vovebat (Ed.: fovebat) eos et multiplicibus sermonibus hortabatur, ne fratres ipsi una secum desisterent a felici proposito et spontanea paupertate quam susceperant. Precipueque eos premonuit de ordine de regula de sanctorum patrum institutionibus, sine quibus ad integrum non incepta Apostolica et ewangelica institutio posset observari per quam constrarent (!) (Ed.: constant) dei certa manadata, et omnis consumacionis finis et fidelium omnium benedictio. Et quod vir pius dei Norpertus suos docebat velut aquila provocans ad vollandum (!) pullos suos operibus sanctis melius ut potuit in exemplum premonstrabat illud veri magistri perpendens. Vos ut precedunt ordine nos sic precedere debent sanctitate. Loco quidemque alio, exemplum enim dedi vobis, quemadmodum ego feci sic //*

(75ra) et vos faciatis. *Illi ut oves Norpertum dei hominem in simplicitate(!) ut pastorem sequentes non renuunt quod hortatur non renuunt quod suadet ut fecerant Canonici sancti Martini in lauduno prout supra sed quod docet amplectuntur et ob eterne pascue desideria in omnibus obsecuntur.*

Quapropter magis homo dei Norpertus mutuebat, ne gregi pusillo et in simplicitate deum ex toto corde querenti minus quod ad salutem pertineat animarum ostenderet. Non quia diversas regulas sanctorumque instituta patrum ignoraret sed quia multi famosi et religiosi tam episcopi quam Abbates et quam plures alii diversa consilia dabant alius heremiticam, alius anachoretarum vitam, alius cluniacensium ordinem, alius Arrosiensium alius cisterciensium ordinem assumendum suadentes.

Sed ille homo dei cuius opus et consilium de supernis pendebat, qui suum principium non sibi nec hominibus, sed dei (Ed.: ei) qui est omnium rerum initium commendabat precipueque virgini gloriose Marie virgini intemperate suo in corde cuncta premissa conferens ut sapiens, velox ad audiendum qui differt et reservat in posterum.

(20) *Tandem (Vita B: Tandem ne) professioni canonice cui et ipse et quotquot cum eo vivere volebant attytulati fuerant ab infanzia sua et hoc in suscepcone iniuriam inferre videretur, Regulam quam beatus Augustinus suis instituit et hoc ad inspiracionem sue auctricis beate ut antea afferri precepit. Quam cum allatam diligenter inspexisset in paucis compositam in multis tamen bene dispositam cuius initium tale erat. (Zitat aus Regula I, PL 32, 1377:)* «Ante omnia diligatur deus deinde proximus, quia ista precepta sunt nobis principaliter data. Hec sunt que ut observetis // (75rb) precipimus in monasterio constituti primum ut in unum estis congregati etc.» *Statim diei in crepusculo, videlicet in die Natalis domini scilicet anni incarnationis Millesimi centesimi decimi noni ut supra que instabat ad istam dominice descripcionis sub eadem et stabilitatis in loco et professionis gracia ad illam beate perhennis civitatem fratres singuli seipsos conscripserunt. Deinde non post multum spacium eiusdem diei intervallo ut vir dei Norpertus solus oraret, et auxilium divinum super opus inceptum imploraret precipueque eam a qua ab infanzia et speciali tempore loco die et hora ad suscipiendum ordinem, dictam regulam vocatus fuerat ut in finem determinatum et laudabilem deduceretur ne contagione aliqua pestifera suos una cum eo perderet.*

(21) (Die folgenden Zitate stimmen mit der Vita Godefridi, c.3, MGH, SS XII 517, Z. 23-27 bzw. Additamenta Cappenbergensia, c.V, PL 170,

1346 überein bis «iudicii», ab (22) folgen wieder die Entsprechungen mit der Vita B) Cum sic velut in extasi de studiosa indagacione suscepte regule esset positus suis quidemque Norperti meritis necnon fratrum suorum oracionibus secundum debitum a virgine gloriosa super hoc ei ante promissum *Sanctus visus est Augustinus* tempore et hora ante cottidianum capitulum *qui et auream regulam a latere dextro prolatam illi porrexit, seque ipsum luculento ei sermone intimavit dicens* Fili, virque dei Norperte expavescere noli *quem vides. Augustinus ego sum yponensis episcopus*, ex supernis missus ad te grate suscipe que trado precipue, nam hoc voluit sic una cum altissimo virgo gloriosa, nam que antea tibi hec premonstravit. *Ecce habes regulam, quam ego aliquantulum forma in duplici conscripsi sub qua si benemilitaverint confratres tui, filii mei securi Christo astabunt in extremi terrore iudicii.* Specialis tenor regule est // (75va) (Zitat aus Regula II, PL 66, 997-998:) «Operentur fratres a mane usque ad sextam et a sexta usque ad nonam vacent lectioni et ad nonam reddant codices, etc.» quo usque ad generalem eius videlicet «Hec sunt que ut observetis precipimus in monasterio constituti» ut supra.

Tandem pius pater Norpertus excitatus omnia premissa facta credidit reperitque ita fore factum, sedule illud revolvens in mente sua, quod prout supra a virgine gloriosa fuerat premonstratum. Nichilominus insuper ipse Orthodoxe veritatis assertur in communi capitulo (gestrichen: generali) cottidiano die eodem hec que premittuntur fratribus suis prosequatur. (22) Super quo (Fortsetzung von c.XXIV) *deinde cum quam plurimi quam plurima (!)* (Ed.: plurimas) *super eandem regulam expositiones interpretationum diversas oppiniones autumarent, eo quod eius scripta et mores aliorum regularium Canonicorum et opera convenire non videbant aliosque ad timorem, alios ad dubitationem et ad teporem fratres inducerent utpote plantacionem adhuc inceptam tenuiter radicatum.* *Quid miramini inquit homo dei Norpertus vel hesitatis cum universe vie domini misericordia sit et veritas. Et si diverse numquid adverse. Si usus mutatur et institutio, numquid mutari debet caritatis vinculum quod est dileccio. Regula quidem dicit primo Ante omnia diligatur deus deinde proximus etc. Regnum dei non operatur ideo sola institutio, sed veritas et mandatorum dei observacio. Ergo quia de dilectione quia de labore videlicet ibi* (Zitat aus Regula II, PL 66, 997:) «Operentur fratres a mane usque ad sextam» similiter ibi «Et postquam refecerint sive in orto sive ubicumque necesse fuerit faciant opus usque ad horam lucernarii etc.» *Et de ieiunio*, et hoc item (Zitat aus Regula I, PL 32,

1379:) «Carnem vestram domate etc.» ut Gela-// (75vb) sius papa secundus super regulam augustini responsum canonicis regularibus longe ab antea dedit, *et de abstinentia esce cibi et potus, de vestitu et de silencio de obediencia, et quod invicem honore preveniri debeant et patrem suum post deum honorare evidenter hec regula suis in clausulis satis determinat. Quid est quod amplius alicui regularium ad salutem obtinendam expediat Quod si de colore vel gloriositate (Ed.: grossitate) et subtilitate vestium fiat aliqua inter aliquos spirituales contencio, dicant qui ob hoc derogandi occasionem accipiunt dicant inquam de hac regula, dicant de ewangelii et apostolorum institutione ubi albedo nigredo subtilitasve vel grossitudo describatur, et erit eis credendum.*

Unum est tamen quod testes resurreccionis angeli in albis apparuisse leguntur. Auctoritate vero et usu ecclesie penitentes in albis lineis (Ed.: laneis) sunt. In laneis, similiter in veteri testamento sacerdotes exhibant ad populum In sanctuario vero ex precepto uti consueverant lineis. Quia vero sanctorum patrum et predecessorum nostrorum decet (Ed.: docet) expositio, sanctis predicatoribus et canonicis professionis utentibus horum angelorum in typo vicem gerere de albis in toto vestibus scandalum non generent et hoc si sunt penitentes. Et si eos ad populum exire suum cogat officium, lineas (Ed.: laneas) similiter candidas non abhorreant. Quod si ad sanctuarium id est ad sancta sanctorum dei ingressuri sunt, lineas similiter candidas non pretermittant. Non docebat hoc vir iustus ut alia patrum instituta que iam plurima sunt derogarent (Ed.: derogaret) qui erat omnibus omnia factus, ut omnes lucri faceret sed ut preceptum virginis gloriose marie ut supra. Quia frequencius sua in mente memori stu-// (76ra) dio secundum eius ostensionem revolvebat adimpleret.

Quamobrem hic nunc eius suorumque de voluntaria paupertate et prompta obediencia est modicum dicendum.

(23) (c.XXV) *Erat enim vir dei Norpertus severus in censura et cum multi eorum ad eum iam confluerent totum spiritum eorum spiritu sancto docente exhauriebat ut spiritu superbie evacuato idem spiritus sanctus in eis locum melius inveniret. Et gracia dei non deerat que quamlibet dissolutis et remissis et quantumlibet marcidis cordibus vigorem divini solacii ministrabat.*

De corporalibus cura et sollicitudo vix aliqua erat. Studium vero ad spiritualia contulerat, scripturas divinas sequi, Christum ducem habere. Nam et hoc attendit sanctus (Ed.: spiritualis) ille egregius pater Norpertus quod numquam exorbitare possent qui secum vellent remanere, si professionem suam secundum ewangelia Christi et dicta apostolorum et

propositum sancti Augustini facerent docerent et opere complerent. Hoc vidit et has professiones ut premissum est hoc modo fieri censuit. Erat ergo mens eorum fratrum, qui ab inicio collecti sunt, sic affecta ut potius eligerent veterem ac clavatam Thonicam, quam novum et integrum quodlibet vestimentum. Unde factum est ut quidam non minimam paupertatem amplectens (Ed.: minimum paupertatem amplectentes) cum datas sibi novas vestes erubescerent, ad ostendendam quam sit vilis huius seculi pompa. Ad reprimendam superbiam, pannos (gestrichen: novos) veteres novis superfuerunt (Ed.: super consuerunt). Nullum opus erat tam vile quod respuerent. Obediencia adeo prompta, ut si clibanus ardens proponeretur eis vel quolibet mors se offerret magis timerent imperantem quam mortem. Iuxta illud Obediencia magis quam victima Quia per victimam aliena caro, per obedienciam vero propria religatur et mactatur. Iuge silentium in omni loco in omni tempore, omni statu, ita et ut hii qui illum comitabantur licet confertissimis populorum turbis admixti vix ullum (Ed.: unum) verbum aut nullum ab eorum ore posset audiri, ymmo verius et extorqueri. Quod si quemlibet eorum de quantulocumque commisso culparet, ibidem ad pedes proruens satisfactorius neque visus hominum circumstantie (Ed.: circumstantium) erubescerebat. Quodsi amaritudine actione verbis et vultu et malefacientibus, aliquis suorum responderet, ibidem statim satisfactionis pena reddebatur. Voluit pius pater Norpertus, ut in omni tempore ieiunarent, une vice contenti in die, voluit eciam ut asellis circumvectarentur usque ad quatuor vel quinque leogas. Sed obsistente carnis infirmitate observari non potuit. Feminalibus uti semper suis una cum se fratribus precepit, quia semper exhorruit virile robur animi effeminata mollicie lentescere. Non tamen hoc respectu, hec statuta (Ed.: stamina) preciosiora ante oculos interni iudicis approbans, quam erat ille ordo religiosus qui ex sua regula et proposito eorundem carebat laneis in toto albis ad carnem id est Tonica et cappa, laneis albis ad laborem id est Scappulari solum cum tonica et proprio cingulo succincto ut consueverat cinctura precepit tonicali licet asperrimo Cilicio assidue vestiretur. In sanctuario vero et ubicumque divina sacramenta tractanda fuerant // (76va) vel celebranda, propter mundiciam et multimodam honestatem, precipueque ipsius auctricis gloriose ut supra voluntatem, lineis id est superpeliciis (!) vel albis uti voluit et omni tempore utenda in posterum disposuit. (24) Unde licet quia et plerique super hec causantur quod ceterorum more canonicorum passim superpeliciis vel albis non utuntur, nec nos utique eorum usum cum opus fuerit abdicamus, quando potius ea, non ubique circumferenda sed tamen divino

cultu deputanda, et reservanda rationibus ex predictis credimus. Quia videlicet quod ad tempus aliquando pretermittitur iocundius postmodum et graciosius repetitur. Ideo vir dei statuit, ut omnes qui altari ministrant, numquam ibi sine superpeliciis (!) vel albis appareant. Nec aliquis presentibus fratribus, nisi superpelicio vel alba indutus superiores gradus sanctuarii id est altaris presumat ascendere. Ad ungendum infirmum vel quocumque et eum ad communicandum sacerdos et ministri superpeliciis vel albis induantur. Et ut nullus fratrum penitus divina sacramenta tractaret vel suo in officio id est gradu quocumque nusquam celebraret quando antea superpelicio vel alba ut supra esset indutus. Ideo post generaliter miles dei subiunxit. Sufficiant igitur unicuique fratrum nostrorum Tunc tres pellicium unum Cingulum ad predicta Superpelicium vel alba pelles sive pallium cappa femoralia calige pedules et propter laborem scapulare suo cum cingulo speciali. Muffla lectualia vero huiusmodi erunt Sambicca ac Culcitra de soccis. Insuper quam et plures alias instituciones quas beatus Norpertus suis instituit bre-// (76vb) vitatis causa hic reticeam, nam alibi suis in locis inveniuntur. (25) (c.XXV, Fortsetzung) *Sed tamen non sunt pretermittenda tria que precipue commendabat sepius de die in diem hec tenenda ingeminans scilicet circa altare et divina misteria mundiciam.* Secundum ut pia fides habet presenciam Christi et sanctorum angelorum esse in altari, ubi vere conficitur caro et sanguis eiusdem dei et redemptoris nostri Iesu Christi. Ideoque voluit athleta dei ut supra ut coram tanta maiestate prout dignum et iustum est humiliter accedere reverenter assistere queque ibi agenda sunt sollicite et fideliter adimplere. Et devocionem cordis, eciam quam habitu cordis diligenter per omnia demonstrare. Ne et ergo quisquis in Sanctuarium id est ad altare ministraturus ingrederetur caveat ne talis alicuius levitatis vel irreverencia notetur. Sed sive incedens sive stans seu sedens seu aliquid ymmo quodcumque sic agens mature et honeste se componeret iuxta illud regule (Zitat aus Regula I, PL 32, 1380) «Quod cuique vestrum non offendat aspectum, sed quod vestram deceat sanctitatem».

Secundo commendabat precipue sepius de die in diem videlicet ut *excessuum negligenciarum in capitulo et similiter ubique locorum emendacionem* prout decet sanctos exercerent.

Tercio de die in diem sepius precipue commendabat, videlicet ut *pauperum curam et hospitalitatem* adimplerent, illud perpendens dictum Cum omnes ante tribunal Christi stabimus, omnes metentes simus secundum hoc ut seminavimus. Summopereque revolvens decretum

ipsius salvatoris Quod uni ex minimis meis fecistis mihi fecistis. Et loco quidem in alio Qui qualemcumque meo in nomine suscepit. // (77ra) *Constanter equidem insuper asserebat, aliquam domum numquam egere, supra id quod possit sustinere, que hec tria sollicite studuerit observare. Verbis enim et factis clamabat se nichil aliud scire nisi Iesum Christum crucifixum in omnibus actibus suis precedentem rationem attendens, ut cum fulciretur ratione et auctoritate firmaretur stare non (!) posset* (Ed.: stare posset). (26) (c.VI) *Inde egregius quidam cum diceret quis in quo illius quo ipse vivebat temporis viveret ait In Norperto eminet fides, in Bernhardo caritas in Milone humilitas. Ed idcirco quid si idem de seipso dictum fuerit quod humane condicionis consuetudinem excedat non debet videri ei qui talis non est ut Norpertus incredibile, sed ad eum id quod referat qui huic viro dei et per gratiam fidem et per fidem talia posse donavit.*

(27) *Hiis omnibus habitis per beatum virum dei Norpertum cooperante gracia divina genitriceque virgine maria ipsius speciali informatrice ad plenum omnia rite dispositis et peractis nunc parum dicendum est, quomodo per visionem sicuti et sibi homini dei Norperto fratri cuidam ostensum est, ubi deberet ecclesia premonstratensis edificari, ad huius ostensionis corroboracionem a virgine gloriosa antea prout supra factam. (28) (c.XXVI) Igitur ad insinuendum (!) opus domini quod magnum et exquisitum est in quo secreta sue disposicionis consilio magna operatur in minimis qui humilia respiciens, alta cognoscit a longe, pauca ut iam supra de loco premonstratensi antefato, et situ eius disserenda videntur. Iam cum viro dei Norperto quam plurima turba erat et de finito (Ed.: diffinito) consilio querebatur, ubi in eodem deserto, certum ad commanendum et ad edificandum ydoneum // (77rb) ipsis locum prepararent. Erat siquidem locus ille asperrimus et omnimodis incultus arbustis et paludibus et ceteris incomoditatibus super innumerabilibus occupatus. Nec quitquam patebat habile ad comanendum preter capellulam minutissimam et iuxta illam pomerium et stagnum quoddam parvulum quod de aquis moncium cadentibus pluviarum tantum tempore et de sicco paludum usque in presenti impleri dinoscitur. Tandem ipse vir dei Norpertus una cum parvula societate sua circuire et considerare cepit et aliis considerare precepit tunc temporis ibidem existentibus ut et amicorum suorum non exitum sed statum expectancium corda letificaret et de rogandis emulis occasionem subtraheret. Quia in tantum omnes diversi religiosi detestabant (Ed.: testarentur) et omnis populus conclamabat (Ed.: conclamaret) stare non posse quod ceperat homo dei Norpertus ob asperitatem*

nimie paupertatis et terre fundamentum. Sic cum omnipotentem deum sua cum premonstratrice virgine gloriosa assidua et attenta oracione supplicarent ad ostendendum videlicet locum, in quo divini cultus omni tempore iugiter fieret celebratio. (29) (c.XXVII) Demum ipse vir dei Norpertus sui que fratres et alii multi diversi multis et assiduis precibus domino hoc consilium commendarent virgineque gloriosa obnixe sue beneplacitum voluntatis nimia afflictione et ieiunio et oracionibus exquirentes apparuit cuidam fratri in dei amore ferventissimi (!) quedam revelacio manifesta satis et evidens, evidenter locum et que loco et de loco ventura essent apperta (!) significacione determinans (Ed.: denuntians). Nam ibidem ubi presens sita est sancta premonstratensis || (77va) ecclesia dominus noster Iesus Christus, sicut in cruce per omnia visus est. Super quem Christum, Septem solis radii mirabilis claritatis fulgebant. Et a quatuor partibus sicut in quatuor introitus loci illius esse dinoscitur in modum crucis multitudo magna peregrinorum cum peris et baculis properabat et flexis genibus adorato suo redemptore et pedibus eius dato osculo quasi per licenciam reversuri revertabantur. Quod cum viro dei relatum esset hoc evidens et super inamirabile signum gracias egit domino deo suo omnipotenti precipue illud ostensum sue auctrici iterum in mente revolvens prout antea, qui deus servis suis se in veritate querentibus et in fide et iusticia obsequentibus et de preteritis dat iusticie et de futuris secreta revelacione noticiam. Ideo gracias egit huic qui sperantes in se non dereliquit (!).

(30) (c.XXVIII) Sic hic de constructione premonstrate ecclesie aliqua sunt recitanda. *Quia ut vero edificium et templum spirituale sua infiguracione ac premonstracione divina prout supra, bene dispositum et compositum fuit, sic et ad materiale templum necessarium fuerat laborem adhibere. Ut ergo cuncta cum benedictione fierent episcopo Bartholomeo laudunensi prefato advocato effoso (!) fundamento et consecrato, de consecratis lapidibus fundare fecit ecclesiam sanctam premonstratensem astante domino Thoma de Coci (Ed.: Conci) maximo Barone qui hominem dei Norpertum metuebat et reverebatur propter deum, sciens eum virum iustum et omni honore dignum, astante filio eius similiter In Gelrano (Ed.: Ingelramno) adhuc puerulo multis nobilibus clericis et laycis et populorum innumera multitu- || (77vb) dine ammirante et quasi spectaculum considerante, et intra se ad invicem dicente Quis putas est homo iste, Cuius fidei? Quia qui nulla utitur racione? Putas ne (Ed.: Putasne) stabile sit hoc opus quod in tanta solitudine locatur? Et cuius fundamentum non in petra non supra firmam petram (Ed.: terram)*

iacitur? Sed in palude. Tanta enim ibi palus erat, quod vix sorberi poterat cum etiam multa lapidum congeries proiceretur. Sed non debuit tytubare nec potuit eradicari, quia plantacio quam plantat celestis pater non eradicabitur. Porro pars cementariorum theutunici (!) erant conduxerant enim eos colonienses quidam amici hominis dei Norperti pars quedam ex regno Francie (Ed.: nostrates) amici iam aliquorum fratrum premonstratensium, et contendebant in opere alteri in altero latere premonstratensis ecclesie, alteri in altero accelerantes. Crevitque celerrime edificium et sub tempore Novem mensium perfectum et consummatum est, et a supradicto episcopo Bartholomeo ecclesie laudunensis et in honore individue trinitatis precipue beate Marie virginis huius ordinis ac ecclesie auctrice sanctique iohannis baptiste eius et ob memoriam suffragium colitur in universo ordine sanctique Augustini similiter cuius in ordine toto colitur memoria consecratum.

(31) *Sed quia letis tristia prosperis adversa misceri solent in eadem die consecracionis quoddam infortunum accidit. Nam cum multitudo innu-mera que convenerat ad dedicacionis festum de remotis partibus certatim ad oblacionem et ad circuitum altaris ut fieri solet currerent motum est altare ma- // (78ra) ius, et lapis eiusdem altaris magna in parte dissolutus Consecracioque cassata est ut precipit auctoritas Canonica et totus labor quasi ad nichilum redactus. Expavit homo et vir dei Norpertus et contristatus est plus tamen pusillorum scandalum metuensque quam de divini operibus, que sine causa non fuerit diffidens. Sed homo dei Norpertus quid fecit resumptis denique in domino consolacionis viribus qui huiusmodi temptationes, precipueque in sua auctrice Gloriosa haurire et sorbere consueverat. Denuo sic ecclesie dedicandum in Octavis beati Martini diem secreto cum episcopo laudunensi Bartholomeo prefato instituit. Et sic factum est. Qui quamdiu homo dei Norpertus vixit ob hanc causam predictam corrupcionis innovacionisque factam innovacionem ecclesie premonstratensis aliam et hoc quo ad structuram non tamen ad loci mutacionem futuris temporibus asserebat fieri gerendam. Hanc viderunt qui homines tunc temporis aderant, et quidam qui successerunt, sed et succedentes adhuc amplius videbunt Quia teste veritate qui credit opera que facit, et maiora horum facit. Et alibi Si crediderit (Ed.: credideritis) maius hiis videbitis. Hec de materiali edificio dicta sufficiant. Quid sed interim egerit homo dei Norpertus quid ne pusillo gregi vel sibi hic antea, vel postmodum diversimodis adversis acciderit omnino reticiam (Ed.: non est reticendum; cap. 29-31 fehlen bei Ausse), (32) nam ista clarius efficaciusque in Coronica maiori Ordinis reperiuntur.*

(33) (c.XXXIV, Beginn) Aliqua nunc super sunt explananda quomodo vir dei Norpertus ita (recte: iter) romanum omnibus rite premissis adimpletis post accepit. *Disposuerat denique iam tunc homo dei Norpertus // (78rb) iter romanum pro statuendo confirmandoque ordine fratrum suorum, et pro confirmandis rebus eorum sibi a deo ac ab aliis Christi fidelibus ad presens seu in posterum collatis.*

(34) (c.XXXII) Sic interim *eo tempore fama creberrime et celeberrime ob insignia tanti hominis dei percurrente*, ut iter perpetraret versus almaniam compunctus est paupertatis spiritu Comes quidam westphalie prepotentissimus Gotfridus nomine qui accessit ad virum dei Norpertum colonie, eo quod multa audisset de eo sed cum adhuc maiora spiritu sancto perducente qui per eum comitem predictum operabatur in Norperto dei viro invenisset omne consilium et voluntatem ei Norperto aperuit. Et qui se totum iam deo Gotfridus donaverat interius sine mora de omnibus relinquendis et de paupertate voluntaria amplectenda perdocet exterius. Erat enim dives Gotfridus comes predictus et potens inermis (Ed.: in armis) utpote homo vivens in prediis multis castris villisque servis et ancillis familiaque diversa ac brutis animalibus satis locupletatus. Quibus statim inter cetera omnia causa brevitatis quam pluribus obmissis omnibus abrenuntiatis (!) se uxoremque suam ac fratrem suum contra voluntatem omnium parentum precipue uxoris patris comitis videlicet friderici et sua omnia gratanter per manus hominis dei Norperti disponenda contradicit. Qui homo dei Norpertus ex castro dicto cappenbergch firmissimo quod erat ipsius comitis Gotfridi predicti personalis residencia, in quo regeneravit (recte: regnaverat) antea omnis viciorum execratio virtutum benedictionis divine factum est in sollempne // (78va) monasterium ordinis hominis dei Norperti consecratio. In quo beatus norpertus predictum comitem Gotfridum sed verius militem Christi pro primo patre in dicto monasterio cappenbergchensi nec non super duo monasteria alia videlicet Elophistatense et varlarensense de suis rebus dotata et fundata disposuit in dei nomine, et ordinavit suo fratre ac uxore adiunctis. Quomodo autem predictus comes gotfridus westphalie cum uxore eius ac eius fratre diversorum virtutum miraculorum in dicto ordine suis in monasteriis antefatis insigniter claruerint non est hic explanandum sed eius in Coronica speciali sui ex parte edita explorandum est. Ideoque ad introitum uxoris sue prefate prima in ordinis inceptione ad singula monasteria sororum similiter locata sunt et fundata.

(35) (c.XXXIII) Ideo cum multa de tanto patre Norperto narrari

possunt, sed tamen plurimum pretermittuntur quia non contingit uni alicui scire que per illum deus operatus est. Erat enim vere beatus vir dei Norpertus lucerna ardens satis temporibus modernis spectabile lumen non sub modio sed super montem positum et quam in germania tam in francia magnum nomen eius habebatur et manifestum. Ut contigit divinitus ut cum de westphalia in eodem itinere romano quo supra adhuc re(!) in franciam reverteretur et conversione supradicti comitis Gotfridi uxorisque sui(!) ac fratris mirantibus multis divulgabatur eo quod cum habitum secularem in religionem Gotfridus spiritualement cum suis ut supra mutasset Et castra et castrorum miliciam et totum prepotentissimum comitatum videlicet Westpha- // (78vb) lie destruxisset servitioque dei cuncta mancipasset Exemplo huius commotus et compunctus quidam nobilissimus princeps francie comes videlicet Theobaldus hominem dei Norpertum adiit et de salute sua et de remissione peccatorum suorum similimodo quieturus (recte: quesiturus). Considerato dei Norperto homine statim eius theobaldi mens in amore dulcedinis sic perfusa est ut seipsum totum cum tota maxima possessione sua viro dei Norperto subderet potestati. Nam tam prepotens principibus aliis erat quod alii principes in multis quam pluribus diversis bonis ac beneficiis ab eo fuerant Theobaldo infeodati. Ipseque homo dei Norpertus erat largissimus in dandis elemosinis ecclesiis claustris et ceteris religiosorum officinis edificandis Addensque ceterarum necessitatum grande subsidium. Similiterque erat pater orphanorum sponsus viduarum dapifer pauperum insuper solamen lasarorum. (36) Inter quam plura diversa et multa alia, ne lectori fastidium generent hic reticeam non sed pretermitto quomodo vir dei Norpertus comiti theobaldo predicto suum divinitus antea compromissum inceptum matrimonium ex parte filie cuiusdam marchionis Engelberti appellati suaserit id ad perficiendum videlicet hanc ob causam ut eo commodius perfectiusque suum inceptum intentum in laudabilem sua una cum uxore felicem finem deduceret. Intellexerat enim vir dei Norpertus quod princeps ille Theobaldus amplissimas haberet possessiones et civitates et oppida villas ac castra quam plurima nec cuncta facile possent destrui, et // (79ra) mancipari alicui religioni cum propter regni imminucionem, cum propter multorum aliorum principum nobilium qui sub eodem principe theobaldo, princeps (Ed.: principes) ut supra feodati erant destructionem. Novissime tandem post innumerabilia elapsa nuptiis peractis et sollempnisatis suo tamen in tempore predictus princeps theobaldus sua cum uxore habitum religionis hominis dei Norperti in Christi nomine humiliter intraverunt. Nam

egregius homo Norpertus de cunctis omnibus rebus manasterium (!) sollemnissimum sui incepti ordinis dyocesi in laudunensi situm dictum Cussiachus ac ex opposito aliud monasterium veluti oratorium ad nutum voluntatem et iussum predicti comitis Theobaldi uxorisque sue unumque pro eo aliud pro uxore ac sororibus erexit construxeratque in quo prelibatum comitem theobaldum quarte ecclesie sui ordinis, ac Circatorem ordinis generalem disposuit et ordinavit. (37) (c.XXXIV) Demum *vir dei* Norpertus *iter suum romanum* adhuc incipiens veniens per germaniam per et (!) civitatem munitissimam ratisponam dictam proprie regenspurg. *Erat enim episcopus eiusdem civitatis ratispone nobilissimi (!) progeniei et habebat fratrem potentissimum videlicet Engelbertum Marchionem* qui erat pater uxoris Theobaldi supra memorati a quibus magna in honorificencia ut decuit pertractatus est. Dehinc graciaram actione episcopo suoque fratri a viro dei Norperto exhibita suum adhuc fervens in Christi nomine genitrice virgineque maria eius informatrice *inceptum iter agrediens (!)* per Athesim Tridentum Veronam florenciam et Bononiam Annum circa domini milessimum (!) centesimum vicesimumque *romam felicem felici-* // (79rb) *ter pervenit. Ubi a beate memorie papa, Honorio* secundo temporibus lotharii secundi semper pii Augusti *honorifice* maximisque cum decoribus *susceptus est. Et quitquid* bonus vir dei Norpertus a summo pontifice honorio predicto secundum omnia premissa sua incepta a virgine gloriosa virgine maria premonstrata *iuste* canonicæque *petebat ab eo* literatorie per omniaque confirmatorie tam pro loco ordine plantacione habitu nomine quam pro regula una cum pro perpetua stabilitate *gratanter* confirmative *accepit*. Cuius tenor litterarum seu bullarum sonat hec in verba.

(Bulle «Apostolicæ disciplinæ», PL 166, 1249-1251:)

(38) Beati Norperti bulla confirmationis prima sui ordinis suscepti premonstratensis.

«(h)Onorius episcopus servus servorum dei dilectis filiis Norperto fratri in Christo et canonicis premonstratensis ecclesie sancte Marie eorumque successoribus regularem vitam professis imperpetuum (!).

Apostolice sedis discipline sectantes vestigia mundi quidem pompis et possessionibus abrenunciant et domino totis animis famulantur. Isti ergo si bonum quod inceperunt consumaverint in extremo examine iudicis sunt immortalitatis stolam et perpetuam gloriam adepturi». Quod papa canonicum ordinem ad institutionem sancti Augustini radicavit (!) in eo permansuros in remissionem peccatorum.

«Quia igitur vos religiose vivere et canonicam vitam secundum beati

Augustini institutionem ducere inspirante gracia superna decrevistis, propositum vestrum sedis apostolice auctoritate firmamus, et firmos vos in remissionem peccatorum vestrorum in eo persistere adhortamur».

Quod alicui non licet regulam // (79va) augustini cum dicto ordine transminuere. «Statuimus itaque ut in ecclesiis vestris in quibus fratres vitam canonicam degunt, Nulli omnino hominum liceat beati augustini regulam et ibidem constitutum ordinem commutare».

Quod nulli episcoporum liceat fratres ex monasteriis repellere. «Nullus eciam episcoporum futuris temporibus audeat eiusdem religionis fratres de ecclesiis vestris expellere».

Ut nullus fratrum post factam professionem audeat recedere. «Nec professionis canonice quispiam ex eisdem ecclesiis aut eciam claustris audeat sine communi congregacionis permissione discedere».

Quod nulli hominum condicionis cuiuscumque fratrem ordinis sine litteris licencialibus liceat retinere vel suscipere. «Discedentem vero nullus episcoporum nullus abbatum nullus monachorum sine communi litterarum caucione suscipere».

Ut omnes possessiones et bona sunt confirmate a papa. «Bona eciam et possessiones quas iuste et legitime possidetis presentis scripti nostri pagina confirmamus».

Quod quecumque licita a quibus potestatibus et hominibus adipiscantur illibata serventur. «Quecumque preterea in futurum concessione pontificum liberalitate regum vel principum vel aliis iustis modis canonice poteritis adipisci, firma vobis vestrisque successoribus in sancte religionis proposito permansuris et illibata serventur».

Ut nulli hominum licitum sit vos vexacionibus fatigare perturbare nec auferre retinere vel minuere. «Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat easdem ecclesias // (79vb) temere perturbare aut earum possessiones auferre(!) vel ablatas retinere minuere vel et temerariis vexacionibus fatigare sed omnia integra conseruentur regularium fratrum et pauperum usibus pro futura salva diocesanorum episcoporum canonica iusticia».

Quod contra premissa facientes quicumque si post primam secundam vel terciam ammonicionem integra satisfactione non satisfecerint, omni honore potestate corpore et sanguine Christi priuentur et in extremo iudicio subiaceant eterne ulcioni.

«Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam, sciens contra eam temere venire temptaverit secundo tercioue commonita si non satisfactione congrua emendaverit

postestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore et sanguine dei et domini redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ulcioni subiaceat».

Quod singulis nostra iura servantibus sit pax domini ita ut in presenti et in futuro apud eum premium et pacem eternam percipiant. «Cunctis autem eisdem ecclesiis iura servantibus sit pax domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bone actionis percipiant et aput districtum iudicem premia eterne pacis inveniant Amen». Originale apud primos fratres premonstrate ecclesie ad regula (!) sancti augustini et ad officium divinum.

(Bulle «Beati qui habitant», Ed.: Ramackers, wie Anm. 53, 90, Nr. 18:)
«() Onorius episcopus servus servorum dei dilectis filiis premonstratensis ecclesie canonicis salutem et apostolicam benedictionem. Beati qui habitant in domo domini, et mandata eius // (80ra) bonis operibus execuntur». Ut exemplum bonorum operum extraneis prebeamus et in caritate paciencia honestate canonicam vitam secundum regulam augustini firmiter teneamus. «Vos igitur canonicam vitam professi secundum beati augustini regulam vivere decrevistis constitutionem ipsius caritate paciencia et morum honestate firmiter teneatis, quatinus conspectibus superni iudicis placeatis, et seculariter viventibus exemplum bonorum operum prebeatis».

Quod omnes horas et officium ecclesiasticum more aliorum fratrum canonicorum regularium debemus persolvere. «Ceterum de psalmodia et aliis officiis ecclesiasticis vobis mandamus, ut ea secundum aliorum regularium fratrum consuetudinem celebretis Amen».

(39) Quibus inspectis et perlectis deo omnipotenti a quo cuncta premissa incepta ordinatione eius precipueque virginis gloriose ipsius ordinis auctrice ordinata fuerant, cum vigiliis et oracionibus et ieiuniis una cum suis fratribus nocturnis ac diurnis fideliter et devote graciaram actiones referebant. Illud insuper a virgine gloriosa ut supra promissum de accessu romani pontificis predicti sedulius revolvendo sua in mente, per omnia sic eum comperuisse cuncta nunc hic sicut et antea nutu divino indubitanter credidit esse disposita et ordinata. (40) (c.XXXIV, Fortsetzung) *Peractisque omnibus cum iam de reditu repatriandi cogitaret, quadam nocte summo diluculo cum in deum meditaretur et quidam sociorum suorum quos itineris sui in solamen habebat, audita est vox quedam ab illis manifeste partenopolis ipsum esse episcopum futurum denuncians, hiis auditis ammirantes stupebant nec aude-* // (80rb) *bat*

quisquam eorum alii fateri quid audisset, ipse vero vir dei Norpertus licencia a summo predicto domino apostolico petita et obtenta *rediens, transitum habuit per quandam in civitatem in franconia dicta herbipolis* proprie wurczburgk, *que tunc temporis episcopo carebat et coegerunt eum clerus et populus erat enim pascha ut apud eos celebraret, illo diei uno denique retento cum in die sancto maiorem missam in katedrali ecclesia cum magna frequentia populi celebraret et quam plurima signa ibidem per eum fuissent facta que brevitatis causa, sicut et quam plura alia hic sunt obmissa, contigit inter cetera ut quidam divites de maioribus civitatis compuncti et in amorem dei accensi se et sua per manus hominis dei Norperti deo redderent de quorum proprietate et possessione ecclesia edificata ibidem esse dinoscitur* Cella dominorum dicta *que divinis cultibus claret usque in hodiernum diem. Recordati vero vocis quam rome audierant ipse homo dei Norpertus et fratres sui eo quod parthenopolis et herbipolis utrumque nomen civitatis polis faciebat finem timentes ne in episcopum assumeretur ab hiis qui supra modum magnificabant eum propter magnificum opus dei quod ibidem contigerat, nam quedam mulier ceca que in eius cecacione cunctis nota erat de flatu ipsius ad dei post corporis et sanguinis percepcionem uti celebraverat recenter persufflata in oculos cunctis intuentibus clarum lumen recepit et festinanter egressi de civitate recesserunt* (41) et sic prospere maximoque cum honore super festum almi pneumatismorum eorum cum privilegiis autenticis pre- // (80va) monstrati pervenerunt eundemque locum sic nunc hic Anno incarnationis videlicet Millesimo centesimo vigesimo quo supra cum plantacione habitu nomine regula omnibus cum rebus ipsis a Christi fidelibus collatis una cum perpetua perhennitate omnibusque appendiciis adiunctis In Christi nomine virginisque gloriose deificis claret hodie insimul pacifice possiderunt. Sic homo dei Norpertus devote laudabiliter pie sancte et religiose videlicet ut pius pastor et pater prefuit sua in matrici prima ecclesia premonstratensi que dinoscitur mater et caput esse ordinis omniumque ecclesiarum aliarum, nam aliam supra se non habet eamque deifice cum fratribus sibi adiunctis annis septuagadis rexit, quam plura et alia monasteria infra hoc tempus non incredibile plantasse et rigasse una cum aliis diversis quam pluribus innumerabilibus signis per dei hominem (gestrichen: facta) factis que presentibus non sunt inserta agnoscatis. Quia ubi habundavit virtus superhondavit et gracia de qua et eo (!) sit laus et gloria omnipotenti deo genitrici Marie omnibusque sanctis in secula seculorum Amen Amen.

(80vb) leer.